

non auditur amplius super possessione, sed solum super proprietate: ad sententiam tamen definitivam non proceditur. *c. 5. §. fin. Ut lite non contestat.* si reus post litem contestatam sit contumax: quia peremptorie citatus non comparuit, si causa est rite probata fertur sententia definitiva. Si de causa non liquet, mittitur actor in possessionem veram: & reo absentis questio super proprietate reservatur. *c. 4. b. t. vel si vult actor, potest in causa principali procedere, & producere testes, instrumenta, & alias probationes, ut feratur sententia definitiva, juxta merito causa. c. 4. b. t. L. 73. ff. de judic.* In nostra Hispania ex *L. 2. tit. 11. lib. 4. R. C.* est in electione actoris, vel prosequi causam, usque ad definitivam, etiam si litem non sit contestata, vel petere missionem in possessionem rei: & si actor contra minorem agat, etiam electa via probationis, potest, ea omnia intentare missionem. *L. fin. tit. 11. lib. 4. R. C. Paz in Prax. tom. 2. p. 2. n. 10. & 14.*

115 Judex etiam poterit aliquando alijs remedijs adversus contumacem uti, scilicet, sequestrando bona. *c. 2. b. t. vel capiendo pignora. L. 1. §. 3. ff. de Inspec. ventr. vel multas imponendo. L. 8. tit. 16. p. 7. vel alia poena arbitraria puniendo: sed non potest arbitrarium extendi ad causam amissionem, vel confiscationem omnium bonorum, etiam si delictum sit extraordinarie grave. L. 2. §. 1. ff. Si quis in jus vocatus.* Etiam potest Judex procedere incarcerando, vel capiendo, vel aliter invitum trahendo ad iudicium. *L. 8. C. Quomod. & quand. vel etiam, si aliud remedium non sit, excommunicando. c. 3. Ut lite non contestat. c. 1. de judic.* Contumax tamen debet citari ad defendendum, antequam multata, excommunicatio, vel alia poena in ipsum feratur. *c. 1. de Caus. possess. & propriet.*

TIT. XV.

De eo, qui mittitur in possessionem causa rei servanda.

116 CUM magnum Reipublice damnum afferat duratio litium. *c. 5. de Dol. & contum.* non est ferendus reus, qui contumaciter litem procrastinat: & cum post citationem peremp-

toriam pro confessio habeatur, si non comparcat. *L. 1. §. 4. ff. de interrogat. in iur.* ideo introductum est *primum Decretum*, quod est prima sententia interlocutoria iudicis prebentis, saltem mixtum imperium. *L. 4. ff. de Jurisdict.* qua actor mittitur custodiae causa tantum, in bona rei contumacis, & absentis. *Gonz. in c. 3. Ut lite non contestat. n. 12.* & quidem hoc modo contumacis protervia iuste puniatur: nam cuiuslibet satis lugubre est, videre bona majorum suorum possideri ab alio. *L. 22. C. de Administr. Tutor.* & reus tadio talis missionis affectus contumaciam deponet, & in iudicio comparebit. *c. fin. §. fin. Ut lite non contestat.* Et hac ratione ab aliquibus hac missio dicitur *talialis*. Missus igitur in possessionem ex primo Decreto, licet non acquirat possessionem, nec illius commoda habeat. *L. 3. §. fin. ff. de Acquir. possess. c. 9. de Dolo, & contumac. L. 6. tit. 8. p. 3. L. 1. tit. 11. lib. 4. R. C.* habet tamen custodiam rei, seu *tenentiam*, quam *pignus Pratorum* dicimus. Hinc si actione personalis agit, debet colligere fructus, eosque custodire, & si perituri sunt, vendere, & pretium servare, vel si consumpsit, illud in sortem principalem computare: quod si in illa tenuta, vel quasi possessione turbetur, licet non possit intentare interdictum *uti possidetis*: quia non vere possidet. *L. 3. §. 8. ff. Ut possidetis*, potest tamen intentare interdictum: *Ne vis fiat. L. 1. §. 2. ff. Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.* ibi: *Est enim generale hoc Edictum: pertinet enim ad omnes, qui in possessionem a Pratore missi sunt: convenit enim Pratori, omnes, quos ipse in possessionem misit, tuert: sed sive rei servanda causa, sive legatorum, aut ventris nomine in possessionem missi fuerint habent ex hoc Edicto in factum actionem, sive doli, sive aliter prohibuerint.* Et sic missus in illa re preteritur alijs creditoribus nullam hypothecam habentibus. Quod si plures missi sunt ejusdem tituli eodem jure concurrunt. Etiam si missus agat actione reali, pendente lite, tantum habet rei custodiam, seu detentionem, qua aliquando possessio dicitur. *L. 8. C. Quomod. & quand. c. 11. in fin. de Offic. Ordinar. c. fin. §. fin. Ut lite non contestat.* Et notat *Glos. ibid. V. Possessionem*; non tamen habet veram possessionem, ut satis ex *c. 1. & tot. Rubric. b. t.* deducitur, & ex *c. fin. §. fin. Ut lite non contestat. Glos. ibid. V. Possessionem*, potestque se defendere Edicto: *Ne vis fiat. L. 1. §. 2. ff. Ne vis fiat ei*: sed non habet pignus Pratorum,

rium, quia illam rem, ut suam vindicat: in qua pignus consistere nequit. *L. 45. ff. de Reg. jur. ibi: Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei sua consistere potest.* Missus igitur in possessionem rei ex primo Decreto, sive agat actione personalis, sive reali: non esse verum possessorem; sed tantum custodem, qui in possessione est, clarè conitat ex textibus citatis, & contra alios probant. *Gonz. in c. 3. Ut lite non contestat. ex n. 13. & alij.* Aliquando tamen nullus in rei possessionem ex primo Decreto veram acquirat possessionem: quando, scilicet, hoc habetur ex consuetudine, vel ex speciali statuto: vel si nimia sit rei contumacia, & contemptus. *L. 7. §. fin. ff. Quibus ex causis.* Vel quando lite jam contestata actor semper suam intentionem probavit. *c. 4. in fin. de Dol. & contum.*

117 Hac missio in possessionem, non solum decerni potest in reum abentem jam citatum. *c. fin. b. t.* sed etiam ante citationem se abentem, nullo Procuratore relicto; *arg. c. 4. de Restit. Militar.* sed tunc ad eum defendendum admittitur consanguineus, vel amicus rei, prestita cautione de rato: vel à Judice constituitur Curator illius bonis. *L. 15. ff. Ex quib. caus. majores juret. Glos.* In nostra Hispania, quando proceditur per viam hujus missionis, qua dicitur: *Via de Assentimento*: non est necessaria peremptoria citatio; sed sufficit ea citatio, qua reus citatus fuit in causa principali, ut libello actoris responderet: ac proinde debet heri in personam rei: nec requiritur reum citari ad hoc, ut actor accipiat rei possessionem elapso termino primi Decreti. *L. 1. tit. 1. lib. 4. R. C. Paz in Prax. tom. 1. p. 2. & tom. 2. p. 2.* Si actor actione reali egerit, præviam summariam cautè cognitionem Judex instituit debet circa contumaciam, citationem, bona rei, & actionem actoris: & juramento calumniae precedente; ab auctore præstando, Judex mittet actorem in possessionem rei, de qua est controversia. *c. 3. c. fin. §. fin. Ut lite non contestat.* Si vero actione personalis egerit, potest Judex per censuram, vel sequeltrationem reum cogere, quod si malit, potest Judex, sed non teneri, cum actor nullum jus habeat in re petita, actorem mittere in possessionem bonorum rei pro modo debiti. Et quidem 1. in possessionem mobilium; quod si res mobilia non habeat, vel non sufficienter, mittetur actor in possessionem immobilium, & his deficienti-

bus, vel non sufficientibus, in jura, & actiones rei mittetur. *c. fin. §. fin. Ut lite non contestat.* Et hoc ordine servato, ita auctori satisfiat, ut sit cum minori rei præjudicio: sed si res certa debeat, potius in rei debita, quam in aliarum rerum possessionem mittendus est actor. In omnia igitur bona rei potest heri missio, & similiter in jura, in patronatum, scilicet, emphyteusim, usufructum, & alia hujusmodi, dum natura actionis, vel rei, super qua reus est conventus non excludat talem immisionem. Et hac ratione in causa Matrimoniali non admittitur talis missio, ne detur occasio copule illicitæ: sed tunc per censuras compellendus est contumax. *C. 3. Ut lite non contestat.* & si in contumacia persistat, ad definitivam proceditur. *c. fin. §. Parro. Ut lite non contestat.* Nec item fit immisio in possessionem contra possessorem beneficij, si contumax ipse sit, quando agitur iudicio petitorio super proprietate beneficij, vel dignitate Ecclesiastica; sed tunc per censuras reus compellitur, vel si istæ non sufficiant, procedendum est ad definitivam. *c. un. b. t. in 2. ne vitiosus in beneficium ingressus fiat sine Institutione Canonica contra Text. in c. 1. de Reg. jur. in 6.* Et hoc contingeret, si omissio actoris in beneficij possessionem ex primo Decreto, reo in contumacia persistente, actor post annum efficeretur verus possessor, forte sine jure, & titulo ad beneficium. Nec est facienda immisio, quando instituitur possessorem adipiscendæ, secus si instituitur possessorem recuperandæ possessionis: nam tunc restituendus est actor petens immisionem in beneficij possessionem, nisi oblit notorius proprietatis defectus. *c. 5. & 7. de Restit. Spoilat.* quando verò agitur de proprietate Ecclesie, cum supponatur titulus legitimus, & nullus sit timor ingressus vitiosi, potest decerni missio in possessionem Ecclesie. *c. 1. b. t.* nec in causis criminalibus fit immisio, sed solum annotantur bona, quando causæ graviores sunt: nec item in civibus, in quibus actor nihil petit, sed potius vult se liberare: ut quando minor adversus aditam hæreditatem petit restitui: siquidem in hoc, & alijs similibus casibus natura actionis missionem excludit.

118 Elapso anno ab interpositione primi Decreti: actor, incusata de novo rei contumacia, petit sibi in solutum adjudicari bona detenta: Judex reum citat, qui si præstat cautionem de iudicio sibi, pignoriibus, vel fidejussoribus datus, &

refundat expensas, ab actore factas (nec enim aliter contumax auditur. *L. 15. C. de Judic.*) recupat detentionem cum fructibus perceptis. *c. 1. c. 2. h. t. c. fin. §. fin. Ut lite non contest.* *L. 6. tit. 8. p. 3.* Annus ad interponendum secundum Decretum debet computari à die executionis; *arg. c. fin. §. fin. Ut lite non contest.* nisi forte reus in culpa, ut executio retardaretur: nam tunc computandus est à die primi Decreti, ne reus de sua malitia commodum reportet. *c. 9. de Dolo, & contum.* Si reus post trinam, vel post unam peremptoriam citationem, non compareat, vel juri parere recuset, pro presente habetur; *arg. c. 1. h. t. c. fin. §. fin. Ut lite non contest.* Et Judex cognito sufficienter actoris jure pronuntiabit secundam interlocutoriam sententiam (quæ dicitur *secundum decretum*) per quam missum in possessionem ex primo Decreto verum possidorem constituit: non verò Dominum. *L. 6. tit. 8. p. 3. c. fin. §. In alijs. Ut lite non contestat.* potest tamen vocari Dominus æquivalenter, vel inchoative ex Text. sic intelligendo in *L. 15. §. 16. ff. de Damn. infect.* vel potest juxta alios intelligi de dominio bonitario, non autem de dominio Quiritario. Consequenter ergo ad veram possessionem, in qua actor constituitur, consequitur commoda possessionis, sicut fructus suos. *L. 7. §. fin. ff. Quibus ex caus. in posses. L. 6. tit. 8. p. 3.* Et tantum de proprietate tenetur respondere. *c. fin. §. fin. Ut lite non contest.* *L. 6. tit. 8. p. 3. l. 1. tit. 11. lib. 4. R. C.* Si vispolicetur restituitur ante omnia interdicto *undè vi.* Et cum post secundum Decretum interpositum actor efficiatur possessor, relevatur ab onere probandi: & in hoc tamquam reus habetur: E contra verò reus contumax tamquam si actor esset, probare tenetur, quod intendit. Quod si creditor malfit, sibi solvi debitum, quam rem possidere, Judex bona debitoris vendere jubet in publica subhastatione, *Hispaniæ: al. p. r. g. n. L. 7. §. 1. ff. Quibus ex causis in possessionem. L. 1. tit. 11. lib. 4. R. C.* vel si emptor non invenitur ipsi creditori, si sufficienter debitum probaverit, in solutionem res adjudicatur. *L. 3. §. 3. C. de jur. domin. impetr.* quod si debitor non sit Dominus, sed tantum possessor rei, in quam creditor immittitur, ipse creditor tempore legitimo rem præcubet: quia licet habeat scientiam rei alienæ: cum jure possideat, quia Authore Prætoris possidet. *L. 11. ff. de Acquir. posses. bonam* tamen fidem habet, quia hæc in scientia juxta

possessionis consistit, juxta *Picbard. & alios.*

119 Hoc secundum Decretum debet interponi, ut missus in custodiam rei ex primo Decreto acquirat rei possessionem: tum, quando agitur actione personali, ut omnes facile concedunt: tum etiam, quando actione reali agitur, ut ex generalitate Textuum in *c. fin. §. fin. Ut lite non contest.* *c. 1. h. t. colligat Gonz. in c. 3. Ut lite non contest. n. 32. & alij:* & confirmat praxis Tribunalium, licet *Abb. Menoch. Picbard. & alij* censent, non esse necessarium hoc Decretum, quando missus ex primo Decreto habet actionem realem. In nostra Hispania, cum hæc immisso fiat à Lege, non requiritur secundum Decretum. *L. 1. tit. 11. lib. 4. R. C. Paz in Praxi, tom. 1. p. 2. n. 29.* si verò reus habuit legitimum impedimentum, v. g. morbum; quod probetur per duos testes, vel per Medici testimonium, quo impeditus non potuit intra annum comparere, nec cautionem præstare: vel si per ipsum non stetit, quod cautio, quam ipse obtulit, non esset recepta. *c. 2. h. t.* vel quando rationabiliter, & legitime contra processum Judicis appellavit, vel aliud legitimum impedimentum adit: tunc possessio, præstata cautione *judicio sssit*, ipsi restitui debet. Idem est, quoties constat, reum non fuisse contumacem. *c. 3. h. t.* Si actor missus in possessionem rei ob adversarij potentiam non potuit eam realiter apprehendere, ne ex sua culpa commodum reus reportet, fingitur, actorem realiter apprehendisse rem ex primo, vel secundo Decreto, habebiturque commoda possessionis. *c. 9. de Dolo, & contum.* proindeque rem præscribet. Quod si reus conventus actione reali dicat, se non esse Dominum rei, super qua convenitur, habeat tamen jura aliquid in tali re; quia sit vassallus emphyteuta, vel usufructuarius: si convenitur super illo jure, debet super eo respondere per se. Quod si contumax sit, actor mittetur in quasi possessionem illius juris. *L. 6. tit. 8. p. 3.* Si verò super re, vel proprietate convenitur debet Dominum rei nominare, & Judex illi terminum assignabit, ut Dominum faciat comparere: quod si non compareat, Judex Dominum citabit, & si adhuc renuat, facta negotij cognitione summaria, & præstato juramento calumnia ab actore Judex ipsum actorem in possessionem veram rei mittet. Idem dicendum est, quando reus conventus, est merus detentor rei, super qua convenitur. *L. 2. C. Ubi in rem actio. c. fin. §. fin. Ut lite non*

non contest. Postquam autem jam actor missus est in veram possessionem rei ex secundo Decreto; si reus compareat, tantum potest super proprietate questionem movere. *c. fin. §. fin. Ut lite non contest.* & si lapsi sint decem anni inter presentes, & viginti inter abientes, quin compareat; nec de dominio, & proprietate questionem faciet: nec super hoc audietur. *Greg. Lop. in L. 6. tit. 8. p. 3. V. Demandar el Señor.*

120 Modum, & praxim procedendi hac via in Nostra Hispania ex ipso accipere fonte in *L. 1. tit. 11. lib. 4. R. C.* ibi: *Los rebeldes, que no quieren venir ante el Juegador à los emplazamientos, que le son puestas, no deben de ser de mejor condicion, que los que vinieren à parescer ante ellos, y por esto tenemos por bien, y mandamos, que si el demandado fuere emplazado en persona por el emplazamiento, y no viniere al plazo, ò si viniere, y se fuere sin mandado del Juegador, que dende en adelante, que el Juegador vaya por el pleyto adelante à recibir testigos del demandador, ò otras pruebas, que buviere, para probar su intencion, asii como si el pleyto fuisse contestado, y dar sentencia definitiva en el sin otro emplazamiento. Pero si el demandador quisiere, y pidiere, que se haga assentamiento, y no quisiere ir por el pleyto adelante à dar pruebas en el, que el Juegador sea tenudo à lo hacer: y el assentamiento, que se haga en esta manera, que si la demanda fuere Real, que el demandador sea puesto en la tenencia de la demanda (y sea tenudo el demandado de venir à purgar la rebeldia hasta dos meses, del dia que fuere puesto, y hecho el assentamiento, ò lo embargare el demandado, que no se haga) y si fuere demanda personal, que sea puesto el demandador en tenencia de tantos bienes muebles del demandado, si le fueren hallados hasta en quantia de la demanda; y si bienes muebles no le hallaren, que sea hecho el assentamiento en bienes raizes; y sea tenudo el demandado de purgar la rebeldia hasta un mes del dia que el assentamiento fuere hecho, ò lo embargare el demandado, que se no haga como dicho es: y si no viniere à purgar la rebeldia à los dichos plazos, que dende en adelante el que asii fuere assentado, que sea verdadero possessor, y no sea tenudo de responder al demandado sobre la cosa, que asii tiene, salvo sobre la propiedad. Pero si el demandador fuere assentado en bienes de su contenido por demanda personal, y seyendo pasado el mes del assentamiento, quisiere mas, que le sea pagada la quantia de su demanda, que no tener la possession, que entonce, que*
Tom. I.

*sea vendidos por mandado del Juegador, y de lo que valieren, que sea entregado el demandador de la quantia, que puso en su demanda, y de las cosas: y si mas valiere, que sea entregado en lo demas, que valiere el demandado, y si menos valiere, que lo que menegare, que sea tenudo el demandado de lo pagar, y el Juegador que lo haga, asii cumplir luego. Et licet hic satis explicetur modus procedendi in Nostra Hispania contra contumaces: si ampliorem explanationem vultis, videte *Arceved. ibid. Paz in Prax. tom. 1. p. 2. & tom. 2. p. 2.**

TIT. XVI.

Ut lite pendente nihil innovetur.

121 **L**ite pendencia olim à lris contestatione incipiebat. *c. 30. de V. S. L. 15. ff. Rem ratam habere.* Hodie tamen inducitur tam in realibus, quam in personalibus actionibus ex quo citatio valida à competente judice legitime facta ad citatum pervenit, vel per ipsum stetit, quominus perveniret. *Cl. 2. h. t.* ne ex sua malitia commodum citatus reportet. *c. 9. de Dol. & contum. Auth. Litigiosa, C. de Litigiosis* ibi: *Litigiosa res est, de cujus dominio causa movetur inter possessorem, & petitorum judiciaria conventionione, vel precibus Principi oblati, & judici insinuat, & per cum futuro reo cognitis.* Nec sufficit sola citationis emanatio, prout ad prorogationem jurisdictionis delegata sufficit. *c. 20. de Offic. deleg.* & requiritur, quod in citatione exprimaturret, & cognoscat qua de re futura sit controversia. *Cl. 2. h. t.* Lis ergo pendere dicitur post citationem reo legitime factam usque ad sententiam definitivam. *c. 1. h. t.* Imò etiam post sententiam, si ab ea appellatur. *c. 7. de Appellat. in 6.* Lite igitur pendente nihil est innovandum, nec quoad proprietatem rei, nec quoad possessionem, nec quoad usum alicujus juris. *c. 2. h. t. L. 8. tit. 2. p. 4.* Sed omnia debent in eo statu, quo erant, cum lis moveretur, permanere. *c. fin. 11. q. 1. C. 69. de Appellat. c. 1. c. 2. h. t. L. 1. C. Ut lite pendet.* Imò ex ipsa Rubrica nostri tituli constat, quæ cum orationem perfectam continet, jus facit. *L. 8. tit. 2. p. 4.* Et hoc ideo stabilitum est, ne ex alterius facto alterius fiat durior, vel deterior conditio. *L. 74. ff. de Reg. jur. ibi: Non debet*
l. 2
alte-

alteri per alterum iniqua conditio inferri. Hinc res, aut actio litigiosa alienari non potest; & si alienetur, quocumque contractu transferente dominium, retrahitur, vel si non potest, alia ejusdem valoris in ejus locum subrogatur: quæ quidem ut subrogata sapit naturam ejus, cui subrogatur: ac proinde nequit alienari, donec lis finitur. *l. fin. l. 11. q. 1. c. 3. c. 4. b. t. nec potest ad longum tempus locari. c. 4. b. t.* quia est species alienationis. *Cl. 1. in fin. de Rebus Ecclæs. non alien. junct. Glof. nec beneficium potest renuntiare. Genz. in c. 4. b. t. n. 11.*

122 Nec in matrimonio consummato est innovandum à Judice, in pendente lite, in qua agitur de adulterio, vel impedimento dirimente, donec lis per sententiam finitur. *c. 2. b. t.* quia cum præsumptio fiet pro matrimonio, conjuges in ejus quietâ possessione conservandi sunt. *c. 8. de Restit. spoliat.* At verò conjux, qui certus est de impedimento dirimente, nec exigere, nec reddere debitum potest; quinimo potius debet excommunicationem sustinere, si ad hoc compellatur: cum nequeat accedere ad alienam, qualis tunc esset uxor, vel è contra, sine peccato mortali. *c. 13. de Restit. spoliator.* Si alter conjugum sit parvus incontinenti consanguinitatem probare, separatur habitatio ob incestus periculum. *c. 13. de Restit. spoliator.* Si verò aliquis pendente lite super matrimonio, aliud cum alia contrahat, separandus est à secunda: nam hæc possessio est vitiosa, & contra Ecclesiæ prohibitionem. *c. 10. de Re judicat.* Similiter, cum non præsumatur, Principem velle rescriptum concedere in præjudicium legitimi possessoris. *Arg. c. 3. de Decimis* rescriptum à Principe, etiam motu proprio dimanans, lite pendente in præjudicium possessoris litigantis, si lis non faciat mentionem, est nullum, & subrepticium. *c. 1. b. t.* Illa verò rescripta, quibus non jus partis immutatur; sed Judices invitantur ad litem finiendam, rectè conceduntur, & admittuntur. *Genz. in c. fin. b. t. n. 10.* Imò si lite pendente aliquod privilegium sit impetratum à parte, non securum illud, sed secundum jura existentia tempore litis controversia debet terminari: nisi privilegium de lite mentionem faciat. *c. fin. b. t.* Deinde si ex duobus litigantibus ad idem beneficium electis, præsentatis, vel postulatis, alter decedat, renuntiet, vel à prosecutione causæ excludatur, si lite cum altero pendente fiat alia electio,

erit nulla. *c. 1. b. t. in 6.* etiamsi postea constet, quod superfluum nullum jus ex electione competeat. *Arg. c. 18. de Reg. jur. in 6. ibi: Non firmatur tractu temporis quod de jure ab initio non subsistit.* nisi constet notoriè nulli ex eis jus competere: sed solum in fraudem novæ electionis talem litem motam fuisse. Præterea, si beneficiatus, contra quem super beneficio litigatur, cedat, vel decedat, si alius fuerit electus, lite adhuc cum superflite pendente, non valet electio: Si quidem adhuc beneficium est litigiosum. Si verò aliqui, quorum interfit, velint ad defensionem litis admitti, admittuntur in eò statu, in quo erat causa. *c. 2. b. t. in 6.* At verò res litigiosa potest alienari de utriusque litigantis consensu, vel etiam ab alio tertio, cui adjudicata est cum colligante: quia respectu illius non est litigiosa. *Menoch. de Præsumpt. lib. 2. præsumpt. 97. n. 45.* vel si alienetur ex causâ necessitatis, ut pro debiti solutione, pro impensis funeris, pro alimentis, vel alia justa causa, v. g. dotis, donationis propter nuptias, vel transactionis, aut per ultimam voluntatem: quia in his casibus cessat præsumptio, quod talis alienatio fiat ad molestandum adversarium. Denique res liberè alienatur quoties lites pendente cessat.

123 Litis pendencia cessat per sententiam definitivam, quæ transit in rem judicatam. *Arg. c. 13. de Sentent. & re judicat.* & per interlocutoriam definitivæ æquivalentem, v. g. quando Judex se pronuntiat incompetentem: & per instantiam peremptam lapsu temporis, & per mortem utriusque litigantis, & per ipsorum litigantium transactionem: & per voluntariam cessionem actoris expressam, vel tacitam, quando, scilicet facit actus lites pendencie contrarios. Si in alienatione rei litigiosæ emptor, & venditor sciebant, rem esse litigiosam, contractus non tenet, & emptor pretium amittit, venditor etiam tantumdem de suo dabit, & utraq; quantitas fisco applicatur: Quod si venditor, ut præsumitur: solus sciebat, emptor ignorans pretium à venditore recuperat: & tertiam partem estimationis rei: duæ autem reliquæ fisco applicantur. *L. fin. §. 1. C. de Litigios.* Si tamen solus emptor sciebat, quod vix continget, restituit rem, & insuper perdit pretium, quod quidem fisco applicatur. *L. fin. C. de Litigios.* Eodem modo puniuntur donator, & donatarius, quando scienter, vel ignoranter rem litigiosam alienant.

TIT. XVII.

De sequestratione possessionum, & fructuum.

124 **S**equestratio, vel sequestratio, Hispanè: Fieldad. *L. 1. tit. 9. p. 3. & Embargo, Tit. 12. lib. 4. R. C.* est depositi species, sicque aptè describitur. *Est rei litigiosa, vel ejus fructuum apud tertium, qui sequester dicitur, facta depositio. L. 110. ff. de V. S. ibi: Sequester dicitur apud quem plures eandem rem, de qua controversia est, deposuerunt; dictus ab eo, quod occurrenti aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.* Hispanè: dicitur *Fiel:* quia ejus fidem Judex, & partes sequuntur. *L. 1. tit. 9. p. 3.* si partium consensu fiat prædicta depositio, sequestratio voluntaria, vel conventionalis dicitur: si auctoritate judicis, sive ex officio, sive ad instantiam partis procedentis, dicitur necessaria, vel judicialis, à depositio differt præcipue in eo; quod sequestratio est de re litigiosa; depositum verò etiam de re non litigiosa: deinde res deposita ad libitum potest repeti. *§. 3. Inst. Quib. mod. re contrahit. obligat.* Sequestrata verò non nisi auctoritate judicis repeti valet. *L. 5. §. 2. ff. de Depositi.* Depositum potest ab uno fieri; sequestratum non possunt facere, nisi plures. *L. 6. ff. Depositi.* Affinis sequestrationi est arrestatio, seu Arrestum: quod est detentio, vel personæ, vel rei alicujus ex causa securitatis facta: Et quidem fit, vel utriusque partis consensu, vel (ut sæpius accidit) auctoritate judicis, vel ex officio, vel ad partis instantiam procedentis: Differt à sequestratione; quia sequestratio supponit rem actualitè litigiosam, secus arrestatio: deinde, quia arrestum est detentio personæ, vel rei, & sequestratio tantum circa rem versatur. Præterea sequestratio est depositi species: arrestatio sæpe manuum injectionem in invitum significat.

125 Sequestratio igitur voluntaria, seu conventionalis, sicut, quilibet alius contractus pro arbitrio partium fit: nam quilibet est suæ rei moderator, & arbiter. *L. 21. C. Mandat.* & res debet juxta placitum sequestrantis custodiri, & restitui. *L. 1. tit. 9. p. 3. Necessaria* verò regularitè est prohibita. *c. 1. b. t. L. un. G. de Prohibit. sequestr. pecun.* ubi nomine pecuniæ veniunt cætera bona, quæ in postro

patrimonio sunt. *L. 222. ff. de V. S.* ut notat *Accurs. in d. L. un.* liquidum iudicium non debet inchoari ab executione. *L. 1. C. de Execut. rei judicat.* nec possessor, durante lite, commodo suæ possessionis privandus est. *c. 1. Ut lite pendet.* potest tamen fieri sequestratio, si timeatur, ne partes ad arma veniant ob possessionem dubiam. *Arg. L. 13. §. 3. ff. de Usufruct. & quemadmodum.* vel ne reus darsi fructus, vel rem litigiosam dilapidet, dum pendet lis, etiam post appellationem. *c. 3. b. t.* Et ideo uxor potest petere dotis sequestrationem, si videat, maritum vergere ad inopiam. *c. 7. de Donation. inter. L. 1. tit. 9. p. 3.* idem est, si reus, à quo petitur res mobilis, sit de fuga suspectus, qui non habeat immobilia; & incipiat inopia laborare, vel si debitor sit forensis brevi in aliam jurisdictionem transiturus; vel si reus sit contumax, & non possit habere locum immisissio in bona, vel in possessionem propter periculum peccati, vel scandalii, vel intrusionis vitiosæ. Sic sequestratur uxor, quando aliter non potest caveri, nec periculum occurrat propter favitiam viri. Et beneficium sequestratur cum fructibus, quando reus contumax est, & actor suum jus nondum ostendit: ne deur ingressus vitiosus in beneficium. Denique ex alia quacumque justa causa potest Judex sequestrationem decernere: sed debet præcedere summaria saltem cognitio de jure eam petentis, citatio partis, in cuius præjudicium petitur. *L. 47. ff. de Re judicat.* nisi sit de fuga suspecta, vel sit periculum in mora. Et etiam juramentum calumniæ est præstandum à sequestrationem petente: Denique debet adesse aliqua suspitio contra debitorem: v. gr. ne fugiat cum re, vel eam dilapidet; nam cum sequestratio regularitè prohibetur, debet adesse aliqua justa causa, ut fiat: circa prædictos, & alios casus vid. *L. 1. tit. 9. p. 3.*

126 Sequester potest esse unus, vel plures, distincti tamen à litigatoribus, debentque esse fideles, nulloque modo suspecti. *L. 1. tit. 9. p. 3.* Judex potest esse sequester. *Arg. L. 7. §. fin. ff. Qui iuris dicit. cogant.* hoc tamen non expedit, cum sequester ex contractu, vel quasi contractu obligetur. *L. 9. §. 3. ff. de Dolo mali.* Nullus tamen potest invitus cogi ad acceptandum sequestrum; sed semel acceptatum solum auctoritate judicis potest recufari ex causa justa inimicitiae, vel affinitatis cum aliqua ex partibus. *Arg. L. 5. C. de O. & A.* Sequester regularitè non possi-

uoluntate
sicut ex
a lege

possidet rem sequestratam, nisi expresse id actum sit inter litigatores. *L. 17. §. 1. ff. Depositi.* sicut depositarius, qui non possidet, sed custodit rem depositam, camque tenetur diligenter custodire, fructus colligere, & servare, vel si perituri sint, citatus partibus, vel si non sint presentes, cum licentia iudicis, vendere, & pretium cum re, finita lite, restituere. *L. 1. tit. 9. p. 3. L. fin. tit. 8. p. 3. deductis tamen damnis, & sumptibus in rem sequestratam necessario, vel utiliter impensis. c. 2. de Dolo, & contum. Cl. un. b. t. ad hocque habet actionem sequestratam contrariam adversus victorem, ejusque heredes, ne ipsi suum officium sit damnosum. *L. 5. ff. Depositi.* Similiter victori, ejusque heredibus competit actio sequestrata directa, contra sequestrum, ut finita lite, vel sequestro, restituat rem cum omnibus suis commodis. *L. 1. §. 24. L. 5. ff. Depositi.* Sequester voluntarius, & necessarius alicujus Castri habentis jus patronatus: & etiam sequester Prælatum habentis annexum jus præsentandi, vel eligendi, cum sit administrator rei sequestrate, quoad temporalia, & spiritualia, sicut Pastor talis Ecclesie potest conferre, eligere, & præsentare dummodo talium jurium incapax non sit. *Gonz. ad Reg. 8. Camel. Glosf. 23. n. 17. Gare. de Benefic. p. 5. cap. 6. ex n. 1.* contra alios varie sententes.*

123 Quæcumque res in controversiam, & custodiam cadens, potest sequestrari: sive res sit mobilis, sive immobilis, sive corporalis, sive incorporalis, sive spiritualis, sive profana. *L. 7. §. fin. ff. Qui satisfiat. c. 15. de Judic. c. 8. c. 13. de Restit. spoliat. Cl. un. b. t.* Etiam persona libera potest sequestrari, ut mulier, si timeat de fœvitiâ viri. *c. 8. c. 13. de Restit. spoliat.* similiter sequestratur puella, si post matrimonium promissum exceptionem metus objiciat. *c. 14. de Sponsal.* Etiam beneficium sequestrari solet. *Cl. un. b. t.* ubi dicitur, quod si super beneficio contra ipsius possessorem, qui triennio non possedit, in petitio, vel possessio, una definitiva fertur in Curia Romana, etiam nulla fore dicatur, ipsius beneficii sequestratio per loci Ordinarium, non per Judicem litis, fieri debet apud personam idoneam, quam impediens, vel sequestratos fructus occupans excommunicatus est, & si est de litigatoribus cadit à jure suo. Aliqui cum Angelo tenent, cadaver sequestrari posse: sed contrarium omnino tenendum est. *Ex Ecclesiastic. 7. v. 37. ibi: Mortuo ne prohibeas gratiam.*

c. 28. 13. q. 2. L. 6. C. de Sepulch. violat. L. 13. tit. 9. p. 7. ibi: Muerto yaciendo algun ome maguer fuesse debdor de otro, non lo deben restar, nin embargar, que no sea soterrado, nin le deben hacer deshonra en otra manera ninguna, que pueda ser. E si alguno contra esto ficieren por razon de deuda, o queriendolo deshonrar, favia muy gran tuerto a Dios, è a los omes, è a sus bendederos, è seria tenuto de extra comienda à bien visfa del Judgador. Et Greg. Lop. ibid. notat, quod non debet sequestrari cadaver, nec ipso iudice jubente, & etiam si debitum sit liquidum, sive non: sive habeatur per sententiam, vel instrumentum gaurentigium, sive debitum ex contractu, sive ex delicto procedat.

128 Varijs modis cessat, & finitur, sequestrum: lite enim finita per sententiam, quæ transijt in rem judicatam, & non est per appellationem suspensa, finitur sequestrum, & res debet victori restitui. Idem est, si præstetur sufficiens cautio à parte, cuius res est sequestrata. *L. fin. C. de Ordin. cognit. vel si existat conditio, sub qua facta fuit sequestratio, vel etiam veniente die, in quem res litigiosa est tradita sequestrari. *L. 2. tit. 9. p. 3.* vel interveniente autoritate iudicis, si velit sequester ex justa causa, & non aliter permittitur, deponere officium. *L. 5. §. fin. ff. Depositi.* si sequestratio in contumacem loco misionis sit decreta, & ipse contumax compareat, & refusus expensis caveat de iudicio sisti. Finitur sequestrum, sicut finitur mision in cuius locum subrogatum fuit. *c. 1. b. t.* Denique morte sequestris finitur sequestrum, nam cum fides, & industria personæ sit electa, non transit ad heredes. *Arg. §. 10. Inst. de Mandat.* Deinde si pars sequestrum passa aliunde non habeat, undè le possit sustentare, nec litis expensas solvere, ex re sequestrata sunt ei tribuenda alimenta, & sumptus ad litem, quia non exiguum præsumptionem pro se habet ex possessione.*

TIT. XVIII.

De Confessis.

129 **N**ON agitur in presenti de Confessione Sacramentali, quæ cum non homine, sed Deo fiat, ad nullum omnino usum humanum, nec actum iudicalem deservit, nec adhuc in vim confessionis extrajudicialis. *c. 2. de Offic. Ordin. ibi: Quia non ut Judex scit, sed ut*

ut Deus, ad eum, ut etiam ipse Sacerdos confessionem revelet, nec ad torturam rei, nec ad aliam probationem deserviat. Nec item deservit schedula, in qua quis sua scripsit peccata: quia talis schedula sigillum Sacramentale, vel saltem naturale arctissimum inducit: & hoc modo magis consultit reverentiæ Sacramenti. *Lug. de Penit. D. 23. n. 49.* Si verò ipse reus Sacerdos suum delictum manifestet extra confessionem: sub protestatione tamen, quod illud dicat tamquam si sub sigillo confessionis esset manifestatum; tunc possit in aliquo casu Sacerdos de tali crimine deponere, cum non sit in confessione Sacramentali manifestatum. *Gomez Variar. 3. cap. 13. n. 9.* Et dicemus in Tit. de Penit. & remis. Agimus ergo in presenti de confessione forum externum concernente, sicque communiter describitur. *Est asseveratio ejus, quod ab adversario intenditur in iudicio, vel extra iudicium facta. L. 1. tit. 13. p. 3. ibi: Conocencia es respuesta de otorgamiento, que se le la una parte à la otra en juicio.* Confessio variè dividitur; nam alia vera, & expressa, alia tacita dicitur. *Vera, seu expressa est, que fit verbis, vel signis consistentis voluntatem palam declarantibus. Tacita est, que ex aliquo facto deducitur, vel à Lege fingitur.* Sic pro confessio habetur, qui in iudicio contumax est, quia non respondet, vel non respondet rectè. *c. fin. b. t. in 6. L. 1. l. 2. tit. 7. lib. 4. R. C.* vel qui post litem contestatam à iudicio fugit. *c. 4. de Presumpt. ibi: Constitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat.* Deinde, confessio alia est simplex, alia qualificata. Simplex est, quando quis simpliciter, & de plano adversarij intentionem confitetur. Qualificata est, quando per qualitatem adjectam restringit confitens adversarij intentionem, quam facetur. *V. gr. si fateatur, occidisse Titium, sed addat, id causa defensionis fecisse. Præterea, confessio præcipue dividitur in extrajudicalem, & iudicalem. Extrajudicialis est, que non fit in iudicio, vel etiam si in iudicio fiat, non fit coram iudice competente. *c. 4. de Judic. vel si coram arbitratores fiat. iudicialis est, que fit in iure, vel iudicio coram iudice competente. L. un. c. b. t.**

130 Quando Judex interrogat reum de crimine, non legitime: quia non est diffamatus, nec sunt indicia ad simplicem probationem, & hoc constat reo, vel saltem dubitat, non tenetur reus respondere: sed debet Judex reo ostendere pro-

bationem, vel indicia, quæ in actis contra eum reperuntur; nec sinitur, si verbo reus hoc ei dicat: nam reus non tenetur iudici in hoc credere. Etiam nomina restitutum contra ipsum deponentium sunt illi ostendenda, ut contra *Salced. & Gutierrez.* tenent *Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 1. n. 4. & 5. & alij.* Quod si reo coniter, iudicem legitime interrogare, tenetur utique respondere, & fateri delictum, cum Reipublicæ interfit, ne delicta maneant impunita. *L. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. Sic D. Thom. 2. 2. q. 69. art. 1. in corp. ibi: Respondeo dicendum, quod quicumque facit contra debitum iustitiæ, mortaliter peccat: perinet autem ad debitum iustitiæ, quod aliquis obediatur suo Superiori in his, ad que jus prelationis se extendit. Judex autem Superior est respectu ejus, qui iudicatur. & ideo ex debito tenetur accusatus iudici veritatem exponere, quam ab eo secundum formam juris exigit. Et ideo, si confiteri noluisset veritatem, quam dicere tenetur, vel si eam mendaciter negaverit, mortaliter peccat. Si verò Judex hoc exquirat, quod non potest secundum ordinem juris, non tenetur ei accusatus respondere. Sed potest vel per appellationem, vel aliter licite subterfugere: mendacium tamen dicere non licet. Reus de uno crimine accusatus non potest interrogari de alio crimine, de quo non præcessit, vel semiplena probatio, vel indicium, vel infamia. *Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 13. n. 6.* nec regulariter potest Judex reum de socijs interrogare; nec illius confessio ipsis nocet. *c. 1. b. t. l. 16. ff. de Question.* tum quia confessus, ut intamis, vel criminofus à testimonio repellitur: tum quia ad solatium, vel ob excusandum aliquomodo proprium delictum, vel ob spem veniæ creditur, alios complices nominare: potest tamen Judex reum de socijs interrogare in criminibus, quæ in magnum Reipublicæ damnum cedunt, ut sunt crimina læsæ Majestatis, hæresis, falsæ monete, latrocinij, assassini, sacrilegij, & similia, & in illis, quæ sine locio non committuntur, ut stuprum, adulterium, sodomia, & in delictis occultis, & difficilis probationis, vel quando socij sunt diffamati, vel si consuetudo concedat interrogandi facultatem. *Menochius de Arbitr. cas. 474. ex n. 18.* Et hæc consuetudo in plerisque Regionibus viget. *Gonz. in c. 1. b. t. n. 7. Barbosa. ibid. n. 3.* Judex autem, etiam casu, quo possit interrogare, non debet hoc facere, extra personam assignatam, vel nominatam, v. gr. interrogatio de Titio: quia hoc potius esset suggerere, quam inquire-*

re, sed debet in genere interrogare; nisi aliqua persona sit diffamata, vel jam reus confessus fuisset, & locus habuisset. Nam tunc potest Judex facere, ut eos nominet, ut contra eos procedat, non solum ad inquirendum, sed etiam ad eos citandos, & capiendos. *Hevia in Cur. Philipp. p. 3. §. 13. n. 8.* Et reus debet jurare de denuntiationem loci, & in tortura ipsam confirmare. *L. 21. §. 2. ff. de Testib. & postea extra torturam eam ratificare: non tamen creditur reo, si varius sit, vel si sit inimicus capitalis denuntiati, c. 23. de Simon. vel etiam si præter illud crimen sit aliud inhabilis ad testificandum.*

131 Ut confessio judicialis effectum habeat, debet in se continere, quæ comprehenduntur in Verbis sequentibus: quos affert *Glof. in c. fin. b. t. & approbat L. 4. tit. 13. p. 3.*

1 2 3 4 5 6
Major sponte, sciens, contra se, ubi jus sit, & hostis
7 8 9 10.

Certum, lisque, favore, jus, nec natura repugnet.

Debet igitur fieri 1. à majore 25. annis. *L. 1. tit. 13. p. 3.* Confessio infantis, etiam accedente Tutore, est nulla; *arg. L. 4. ff. de in jus vocand. Anton. Perez in Cod. b. t. n. 12.* facta ab impubere sine Tutore, non valet, facta vero cum Tutore valet: sed læso succurritur per restitutionem in integrum. *L. 6. §. 5. ff. b. t. L. 1. tit. 13. p. 3.* Si sit pubes, & habet Curatorem, non valet confessio sine Curatore facta. Si Curatorem non habet, dandus est ei Curator ad litem; alioquin confessio minoris est nulla, & sic servatur in nostra Hispania. *Paz in Prax. tom. 1. p. 5. cap. 4. n. 5. Gom. Var. 3. cap. 1. n. 64.* & tenetur talis minor respondere veritatem, sicut si esset major: si tamen læsus sit, restituitur. *L. 6. §. 5. ff. b. t. L. 1. tit. 13. p. 3.* *Hevia in Cur. Philipp. p. 1. §. 17. n. 5.* Si pubes Curatore careat confessio extrajudicialis ipsi nocet, sed potest restitui. Si vero Curatorem habeat, confessio sine illius autoritate non valet. Si vero ipse Curator interveniat, valet confessio, sed potest minor, si læsus fuerit, restitui. *L. 6. §. 4. & 5. ff. b. t. Perez in Cod. b. t. n. 12. 2.* Confessio debet fieri sponte, & libere, nec metu extorqueri, *c. 1. 15. q. 6.* nec fraude, vel spe immunitatis promissa à Judice: nec debet fieri in carcere, quando reus est injuste incarceratus: & si tunc fiat, non probat, sicuti nec facta in tormentis, nisi extra tormentorum conspectum alia die ratificetur, & aliunde constet de corpore delicti.

L. 2. c. de Custod. reor. L. 5. tit. 13. p. 3. Paz in Prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. n. 23. Hevia in Cur. Philipp. p. 3. §. 13. n. 14. & 15. Menoch. de Arbitr. cas. 269. Gom. Var. 3. cap. 12. n. 6. Si vero confessio fiat in tortura, quin sufficientia præferentur indicia, adeo est nulla, ut non confirmetur, etiam extra locum tormentorum ratificetur pluries, etiam quando indicia super-venierunt, antequam confessus fuisset positus in libertate: imò etiam si confessus ratificet confessionem cum juramento ad bancum juris, seu locum publicum Tribunalis: adhuc non præjudicat confitenti. *Menoch. de Arbitr. q. 84. ex n. 10. 3.* debet confessio ex certa scientia procedere: nam si procedat ex errore inculpabili, præcipue si error sit facti, & probetur, potest ante sententiam revocari. *c. fin. b. t. L. 5. tit. 13. p. 3.* Idem est, si fiat, non ex proposito, sed calore iracundie, vel alia causa falsa. Si error sit crassus, & juris clari, vel facti recentis proprij, quæ non præsumuntur ignorari, nec utique confitenti confessio, nec ei eam revocare licet.

132 4. requiritur, quod quis contra se ipsum confiteatur, ut confessio probet. *L. 11. §. 1. ff. de Interrogat. ibi: Fides et contra se habebitur. L. 4. tit. 13. p. 3. 5.* debet confessio fieri ubi jus est. *L. fin. ff. de Interrogat. in jur. faciend. L. 4. tit. 13. p. 3.* id est, coram Judice competente: non tamen est necessarium, quod Judex sedeat pro Tribunali: nam potest in sua domo confessionis recipere, etiam si non sit in loco judicij, præcipue in nostra Hispania *ex L. 5. tit. 12. lib. 4. R. C. Et ibid. Azeved. n. 28.* quidquid alij disputent, & sentiant. Et tam in civilibus, quam in criminalibus valet confessio in libello, vel in petitionibus, vel in positionibus, & etiam sine juramento facta. *Gom. Var. 3. cap. 12. n. 4. Hevia in Cur. Philipp. p. 3. §. 13. n. 10.* similiter valet confessio, si fiat coram arbitro: quia arbitria ad similitudinem judiciorum sunt redacta. *L. 1. ff. de Recept. qui arbitr. secus est, si fiat coram arbitratore.* Facta vero coram Judice incompetente nulla est. *c. 4. de Judic. habebit tamen vim extrajudicialis, quæ non plene probat: imò si confitens potuit, & voluit jurisdictionem Judicis prorogare, etiam ut judicialis valeret talis confessio. Anton. Perez in Cod. b. t. n. 6.* Et quidem hujusmodi confessio coram Judice incompetente facta, est in criminalibus sufficiens indicium ad torturam. *Azeved. in L. 1. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 31. Gom. Var. 3. cap. 13. n. 8.* debet fieri con-

confessio præsentate adversario, seu hoste, vel ejus Procuratore habente speciale ad hunc effectum mandatum. *L. 6. §. 3. ff. b. t. L. 4. tit. 13. p. 3.* Et tunc proprie est confessio, quasi ut simul falsio. Sat tamen est, fieri coram Judice, vel si referatur in protocollum, vel in acta, vel aliam scripturam, & postea adversario communicetur: & ita in praxi servatur. *Hevia in Cur. Philipp. p. 1. §. 17. n. 5.* Confessio etiam præsentate parte facta, si non acceptetur à parte expressè, minimè nocet. *Anton. Perez in Cod. b. t. n. 15. Barbof. in c. fin. b. t. n. fin.* non tamen requiri acceptationem expressam, tenet *Greg. Lop. in L. 2. tit. 13. p. 3. V. C. à per ella. 7.* debet confessio esse de re certa quoad substantiam, & quantitatem. *L. 6. ff. b. t. L. 4. tit. 13. p. 3.* Nam confessio de re incerta non præjudicat confitenti: v. g. si dicat, se alteri debere pecuniam, vel fundum; sed non assignet aliquam quantitatem, nec talem fundum: debet tamen Judex ipsum confitentem compellere, ut quantitatem, vel fundum declaret. *L. 6. tit. 13. p. 3. 8.* debet confessio in judicio fieri, quod nomine litis intelligitur. Nam si extra judicium fiat, non erit probatio plena, quamvis præsumptionem faciat. *L. fin. ff. de Interrog. L. 4. 1. fin. tit. 13. p. 3.* Si tamen in judicio, vel proceflu nullo sit confessio vera coram Judice competente, durat in alio judicio valido. *Azeved. in L. 1. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 28. 9.* non debet fieri in favorem confitentis; *arg. L. 6. C. de Probation.* si enim pro se contra adversarium fieret, nihil contra adversarium probaret, nisi aliunde id ipsum, quod est confessus probaretur. *L. 4. tit. 13. p. 3.* alias ille esset testis in propria causa; quod omnino prohibetur. *L. 10. C. de Testib. 10.* debet confessio talis esse, ut non repugnet natura, nec juri. *L. 13. ff. de Interrog. in jur. faciend.* siquidem debet esse verisimilis. Sic non valeret confessio, qua quis declararet aliquem ipso ætate majorem esse suum filium: vel ipsum cum sit Christianus, esse servum alicujus Judæi: Nam prima confessio naturæ, secunda juri repugnat. *L. 6. tit. 13. p. 3.* prædicta debent concurrere, ut confessio sit undequaque plena, & probationem legitimam inducat. Quod clarè habetur in *L. 4. tit. 13. p. 3.* ibi: *Muchas cosas ha menester que aya en si la conocencia, que fuere fecha en juicio, para tener dano à aquel que la hace, è pro à su contendor, è son estas: Que sea de eadã cumplida el que la hace, assi como de suso mostramos: è que la haga de su grado; è non*

por premia; è à sabiendas, è non por yerro; è que la haga contra si. Cõ si è conocisse cosa, que fuesses à su pro, non ternia dano à su contendor, si lo non probasse. E otras si, que sea dicha en cierto sobre cosas, è quantia, è fecho. E la conocencia que ficere, non sea contra natura, nin contra la Leyes deste nuestro Libro. E sobre todo, que sea fecha en juicio, estando su contendor, è su personero delante. E todas estas cosas decimos, que debe aver la conocencia, que ha de ser valedera; è si alguna dellas falliesse, non ternia dano à la parte que la hizo.

133 Interrogatus in judicio debet clarè, & certò respondere: quod si fortè dubitet, & terminum petat ad se certificandum, ei debet à Judice concedi, nisi hoc ex Advocati suggestionem faciat ad differendam litem. Nam tunc non debet illi terminus concedi, nè illi aliquam cavillationem Advocatus suggerat ad veritatem obscurandam. Et hac ratione non debet Advocatus adesse, dum Judex reum interrogat. Et in criminalibus non potest rei confessionem suscipere Tabellio, sed ipse Judex coram Tabellione eam suscipere debet, Tabellioque eam in scriptis, & actis ad litteram apponet, & scribet. *L. 3. tit. 13. p. 3. L. 2. tit. 7. lib. 4. R. C. Paz in Prax. tom. 1. p. 5. §. 4. ex n. 1.* debet etiam Judex reum in secreto examinare. *L. 3. tit. 30. p. 7.* & reus ad faciendam confessionem debet præstare juramentum de veritate dicenda. *L. 4. tit. 29. p. 7. Hevia in Cur. Philipp. 3. §. 13. n. 1.* Litigantes tenentur respondere positionibus ab adversario positis, & quidem per verba clara, scilicet: *nego*, vel *confiteor*; non per verba *credo*, vel *non credo*. *L. 2. tit. 7. lib. 4. R. C.* Et etiam positionibus negativis, quæ non aliunde, quam ex confessione adversarij probati possunt, potest quidem ipse cogi respondere, si æquitas hoc, juxta Judicis arbitrium exigat. *c. 1. b. t. in 6.* & confessio tunc facta, utpotè judicialis probat plene. *Barbof. in c. fin. b. t. n. 9.* Et licet reus attento Jure Communi non teneatur actori instrumenta propria edere, ne arma contra se ipsum ministrare videatur, *c. 1. de Probation.* tenetur tamen positionibus respondere: Et disparitas est: quia actor potuit sibi ab initio providere, querendo instrumenta ad suam intentionem contra reum probandam; sed non potuit venire paratus respectu confessionis, qua reus positionibus respondet, cum illa non sit in sua potestate: ideoque sibi imputare debet, quod

non parat idonea instrumenta ad suam intentionis probationem. Nam jura non dormientibus, sed vigilantibus subveniunt. *c. 5. de Prescrip.* sed jam hodie, saltem ex consuetudine, indistincte ab actore, & reo instrumenta eduntur. *Gonz. in c. 1. de Probat. Pareja; & alij. Præterea, Confessio judicialis est probatio. c. 15. de Restitut. spoliat. L. 8. l. fin. tit. 14. p. 3. L. 2. tit. 21. lib. 4. R. C. Et ibid. Acoved. n. 21.* quamvis alij dicant, quod non est probatio, sed revelatio probationis quam deberet facere pars adversa: Et quidem adeo efficax est, ut alias probationes per testes, & instrumenta superet. *Arg. L. un. c. b. t. vel saltem æquet. L. 2. tit. 13. p. 3.* ideoque dicitur, quod post confessionem delinquentis nulla sunt judicis partes, nisi ad condemnandum. *L. 16. C. de Penis*, admittiturque contra præsumptionem juris, & de jure, licet alia probationes excludantur. Imò, & admittitur post conclusionem in causa. *c. 10. de Fide Instrument.* & per ipsam retractatur res judicata: Etiam admittitur confessio lapsis decem diebus datis in via executiva ad probandas exceptiones, licet alia probatio non admittatur. *L. 2. tit. 21. lib. 4. R. C. Et ibid. Acovedo, & cum hujusmodi confessio notorietatem inducat. c. 7. de Cohabit. Cleric.* appellationem consequenter tollit. *c. 13. c. 14. de Appellat. L. 2. C. quorum appellat. non recip.* Post confessionem in causa criminali factam, cum tunc confessus non pro judicato, sed pro convicto habeatur, pronuntianda est, & ferenda sententia definitiva. *c. 2. b. t. L. 5. ff. de Custod. reor. L. 2. tit. 13. p. 3.* nec confessio executioni mandatur, nisi sublequatur judicis sententia: siquidem ob maximum periculum vitæ, & poenæ incertitudinem expedit, sententiam ferri, ne forte rei radio vitæ, vel tormentorum metu, vel errore, vel demencia, magis quam conscientia delicti confiteantur: ideoque prius debet de corpore delicti constare, id est, debet constare, vel per ocularem inspectionem, vel per aliam probationem legitimam, verè esse commissum delictum, v. g. homicidium, vel furtum, quod quidem reus fateatur: Nam etiam si reus fateatur, se occidisse Titium, si Titius ipse vivat, non tenet talis confessio. *L. 23. §. fin. ff. ad Leg. Aquil. L. 5. tit. 13. p. 3. Paz in Prax. tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 4. n. 20.* In civilibus autem si confessio fiat post litem contestationem, etiam requiritur sententia. *L. 3. l. 5. ff. b. t. c. 10. de Transactionib. L. 2. tit. 13. p. 3. ibi: E por em*

de el Jgador, ante quien es fecho la confesio, debe dar luego juicio afinado por ella, si sobre aquella cosa, que conociere, fuy comenzado pleyto por demanda, è por respuesta. Siquidem iudicium semel coeptum sententia terminandum est, & Judex debet pronuntiare de quo cognovit. *L. 74. ff. de Judic.* Si verò quis ante litem contestationem fateatur debitum, non est necessaria sententia, sed sufficit iudicis præceptum de solvendo. *L. 21. ff. de Judic. l. un. C. b. t. L. 2. tit. 13. p. 3. L. 7. tit. 3. p. 3.* Et in facili negotio solum nodum, in quo componendo dimicant DD. sibi que opponunt signa, pares Aquilas, & pila manantia pilis.

134 Qui tantum incidenter confitetur crimen in iudicio non punitur poena ordinaria. *c. 1. de Exception.* nisi Judex novo processu instituto inquirat in criminofum: Quod si tunc probetur delictum, potest Judex poenam ordinariam infligere. *C. 2. b. t. Gonz. ibid. n. 4.* vel si illud crimen, quod reus confitetur contingat principale negotium, ut in *c. 2. b. t. Et Glos. ibid. V. confessus.* Confessio qualificata, si qualitati adjecta obstat juris præsumptio, potest admitti quoad substantiam, & rejici, quoad qualitatem, nisi à parte eam allegante probetur: v. g. si quis fateatur, se dixisse verba contumeliosa, sed sine animo injuriandi, vel fateatur, se Titium occidisse, sed adat, causa defensionis hoc fecisse: quia in his casibus præsumitur animus injuriandi, & occidendi. *L. 1. C. ad Leg. Cornel. de Sicar.* Confessio admittitur quatenus probat injuriam, & homicidium, non verò, quoad exceptionem adjectam, nisi à parte probetur. At verò Judex in casu homicidij sic confessi non infliget poenam ordinariam mortis: Siquidem ad ipsum imponendam manifestissima requiritur probatio, & ipsa luce meridiana clarior. *L. fin. C. de Probat.* sed aliam mitiorem poenam decernet. *Mench. de Arbitr. cas. 93. n. fin. Gom. Hevia, & alij com.* Si reus negavit homicidium, & postea sit de illo convictus, adhuc potest allegare, & probare, hoc fecisse ad sui defensionem: Et ideo debet respondere in confessione: se non fecisse homicidium, sed dato, & non concessio, illud commississe, hoc in sui defensionem fecisse. Et hic modus respondendi in praxi servatur. *Hevia in Cur. Philip. p. 3. §. 13. n. 12.* Quod si non obstat juris præsumptio, & qualitas sit negotio conjuncta: ut si confiteatur, se promississe sub conditione, tota debet acceptari, vel repudiari tota: quia illa conditio censetur pars negotij prin-

principalis: Si verò qualitas sit separata, v. g. si quis fateatur debitum, sed dicat pactum esse adjectum de non petendo, acceptatur confessio tantum, quoad debitum, & rejicitur quoad qualitatem pacti, nisi ipse consentiens pactum probet. *Perez in c. b. t. n. 15.* Recusans respondere positionibus adversarij in criminalibus non habetur pro confesso: quia ut quis in criminalibus condemnatur clariores probationes requiruntur. *L. fin. C. de Probat.* in civilibus tamen si post litem contestatam aliquis nullus respondere recuset, habetur utique pro confesso, quoad ea, quæ in positionibus continentur. *c. fin. b. t. in 6. L. 1. L. 2. tit. 7. lib. 4. R. C.* nisi rationabilem causam se excusandi habeat: v. g. si postrip esset incerta, dubia, obscura, calumniosa, impossibilis, vel si contineret crimen rei omnino occultum, vel questionem juris: in his nempe casibus non tenetur reus respondere. Et quidem ut recusans respondere, habeatur pro confesso requiritur sententia iudicis declaratoria. *Glos. in c. fin. b. t. in 6.* attamen adversus hanc præsumptionem admittitur probatio, quia licet sit juris præsumptio, non tamen est de jure.

135 Confessio extrajudicialis in criminalibus contra ipsum consistentem, si non sit calore iracundæ facta, sed verisimilis sit, & certa, quæ contineat locum, & tempus delicti, & sit probata legitime in iudicio per duos testes, indicium facit ad torturam, etiam si talis confessio fiat à minore, & etiam absente parte. *Arg. L. fin. tit. 13. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. Gom. Var. 3. cap. 13. n. 8.* nunquam tamen facit probationem plenam, etiam si jurata, & geminata sit. *Barbos. in c. fin. b. t. n. 10.* quod si contra tertium fiat, nec tale indicium, sed aliquam præsumptionem ad purificationem Canonicam facit. Si verò in civilibus confessio extrajudicialis tendat ad liberandum à debito, v. g. si quis dicat: fateor te mihi non teneri: si acceptetur ab adversario, cum fiat ab eo, qui potest remittere debitum, si quod est, ejus liberationem inducit. *L. 40. ff. de Pactis*, si ad obligandum consistentem tendat plene probat, si adjiciatur causa, ex qua debetur: & tunc dicitur confessio discreta: debet tamen fieri coram adversario, & per duos testes probari. *c. 14. de Fide Instrum. L. 13. C. de Non numer. pecun.* ubi concludit: *Nimis enim indignum esse iudicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere.* *Perez in c. b. t. Tom. I.*

n. 18. Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 6. Si tamen non expressa causa debiti, etiam coram adversario confessio fiat: vel etiam ipsa expressa, absente tamen adversario fiat, regulariter tantum semiplene probat. Si tamen sit jurata, vel post intervallum repetita, & geminata, vel in scriptis recepta, vel in favorem causæ præ facta, vel acceptata ab alio nomine illius, ejus interest, etiam sine ejus mandato, dum tamen postea ab ipso ratificetur plene probat. *Gutier. de Jur. Confirm. Gom. 2. Var. cap. 11. n. 6. Hevia in Cur. Phil. p. 1. §. 17. n. 6. Barbos. in c. fin. b. t. n. 10.* Præterea plene probat talis confessio, etiam absente adversario facta, si ipsi unius testis testimonium, vel alia præsumptio, vel indicium adjungatur. Quippe in civilibus ex duabus semiplenis probationibus plena probatio resultat. *Hevia in Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 6.* Si non expressa causa, & absente adversario fiat, nihil probat. *L. fin. tit. 13. p. 3.* Aliquando hæc confessio pro majori deliberatione contentis magis probat juxta *Mascard. & alios.* Confessio in testamento non revocata facta in præjudicium tertij non probat. *Arg. L. 6. C. de Testament.* adeo ut matri testanti, filium suum esse illegitimum, non sit credendum, nec propterea debeat ab hereditate talis filius excludi. At verò in præjudicium ipsius testatoris probat, etiam contra hæredes, si vè tendat ad liberationem alterius, si vè ad exonerandam conscientiam defuncti. Imò si dicat, se alteri debere centum, quæ certe ei non debet: hæc confessio licet non valeat in ratione debiti, valebit in vim legati, si creditor capax legati sit. *L. 88. §. 10. ff. de Legat. 2. Gom. Var. 1. cap. 12. n. 81.* Si verò non sit legatarius capax talis legatarius, nullo modo valebit confessio, utpotè facta in Legis fraudem. Quod si testator revocet testamentum, etiam revocata confessio censetur, nisi à parte sit acceptata, vel à Notario pro eam tunc cum jam in naturam contractus transierit, non potest revocari.

136 Potest quis non solum per se, sed etiam aliquando per procuratorem confiteri: ut tamen possit procurator facere confessionem pro Domino, ita ut confessio illi præjudicet, non sufficit, quod habeat generale mandatum, sed debet habere mandatum speciale ad confessionem, vel generale cum libera, quod speciali æquivalet. *c. fin. b. t. L. 20. ff. de Interrog. in Jur. L. 1. tit. 13. p. 3. L. 2. tit. 7. lib. 4. R. C.* Et hæc ratione æconomus cum ple-

nam administrationem à jure habeat, sua confessione præjudicat Ecclesiæ. *c. fin. b. t. idem est dicendum de Syndicis, qui à Civitatibus constituntur. Accedo in L. 2. tit. 7. lib. 4. R. C. n. 20. & similiter dicendum est de Tutoribus, & Curatoribus. Perez in c. b. t. n. 12. Quod si Procurator, Æconomus, Tutor, Curator, vel Syndicus Civitatis extra officij necessitatem aliquid afferant, talis confessio nec Dominis, nec Minoribus, nec Civitati, nec Ecclesiæ; sed tantum Procuratori, Æconomico, Tutori, Curatori, vel Syndico præjudicat. L. 6. §. 4. ff. b. t. jun. Gothofr. ibid. siquidem alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. L. 74. ff. de Reg. jur. L. 9. §. 4. ff. de Interrogat. injur. Prælati ex officio, & necessitate confitendo, secus si voluntariè hoc faciat, præjudicat Ecclesiæ. Arg. c. 1. de In integr. restitut. Ecclesiæ tamen læsa potest restitui. *c. fin. de In integr. restit. in 6.* Alij dicunt, quod Prælati præjudicat Ecclesiæ in confessione rei, quam ipse per se facere potest, secus in alijs. Sic Gonz. in *c. fin. b. t. n. fin.* Successor universalis cum in omnia jura defuncti succedat, potest confessionem defuncti revocare, quando & ipse defunctus si viveret, revocare posset. Siquidem aliquando licet contenti suam revocare confessionem. Et quidem incontinenti post ipsam confessionem, potest reus eam revocare, etiam si nullum probet errorem, sufficit enim si illum alleget. Incontinenti intelligitur facta revocatio, quæ fit antequam reus à Judice recedat. Arg. c. 7. de Testib. cogend. Et ibid. Glof. V. Incontinenti. Etiam ex intervallo potest reus, ante sententiam tamen, revocare confessionem in judicio factam à Procuratore, vel Syndico, vel alijs hujusmodi, probando, quod res non ita se habeat, sicut ex confessione constat, cum error in factis alieno probabilis habeatur. L. fin. in fin. ff. Pro suo. Post sententiam tamen non potest revocare talem confessionem. *c. fin. b. t. L. 1. tit. 13. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. Imò, & confessionem propriam potest quis ante litem contestationem revocare, probando, rem aliter se habere: post litem tamen contestationem potest adhuc revocari confessio, etiam si jurata sit; est tamen necessarium probare errorem, vel causas probabiles erroris: v. g. debet pars probare, se inductam ad confessionem fuisse dolo, aut metu alterius, vel negotium esse intricatum, & perplexum, vel factum esse valde antiquum, vel quid simile. *c. fin. b. t. L. 7.***

C. de Juris, & facti. ignor. L. 5. tit. 13. p. 3. Et ibid. Greg. Lop. qui addit, confessionem erroneam, etiam sapius repetitam non nocere. Hæc tamen revocatio debet ante sententiam fieri. Nocet tamen confessio, si quis factum sponte confiteatur, v. g. si dicat, se alteri debere, vel alterum sibi non debere: Nam tunc confitens, vel illam quantitatem donare, vel debitum remittere censetur. Deinde, nocet confessio, si quis erret in proprio facto, vel si error facti procederet ex culpa lata verstitiæ, vel si erret in jure: In his enim casibus non revocatur confessio: nam tales errores tolerabiles non sunt. L. 9. ff. de Jur. & facti. ignor.

TIT. XIX.

De Probationibus.

137 **P**robatio juxta *Accursum in Rubr. c. b. t. Est rei dubia per argumenta ostensio. Et sic dicitur à probè adverbio. Probè enim agit, qui probat, quod intendit. L. 1. tit. 14. p. 3. ibi: Præba es averiguamento, que se face en juicio en razon de alguna cosa, que es dudosa. Siquidem quæ manifesta sunt non probantur: c. 9. de Accusation. tantum enim probantur ea facta, quæ sub lite, & controversia sunt, & quidem cujuscumque generis sint, sive criminalia, sive civilia, sive sacra, sive profana. Non tamen probatur id, quod in jure consistit: nam Juxta censetur illud scire, ac proinde sufficit, illud allegare, nisi fortè illud jus sit Municipale, vel consuetudinarium: Nam cum hoc aliquo modo pertineat ad factum, debet ab illud allegante, probari, quia Juxta illud ignorare potest. *c. 1. de Constitution. in 6. L. 7. tit. 14. p. 3.* Probatio multiplex est: alia enim est *artificialis, inartificialis* alia. *Artificialis* est, quæ arte, & industria probantis per argumenta ex ipsis rei visceribus deducta, conficitur: Talis est, quæ per præsumptiones fit. *Inartificialis* est, quæ extrinsecus assumitur à testibus, instrumentis, confessione, & alijs hujusmodi. Alia est *judicialis, extrajudicialis* alia. *Judicialis* est, quæ fit post litem contestationem, & quidem in judicio hæc solum admittitur. *Extrajudicialis* est, quæ ante litem contestationem, vel extra judicium fit. Sed præcipua probationis divisio est in *plenam, & non plenam*. Sive hæc semiplena, sive major, sive minor semiplena sit: nam in hæc rursus non plena subdivi-*

dividitur. *Plena* etenim est, quæ plenam fidem facit Judici, ut sententiam ferre possit. Et quidem fit, vel per instrumentum publicum, & authenticum, vel per depositionem duorum testium omnium exceptione majorum, vel per confessionem judicalem ipsius rei, vel per evidentiam facti. *c. 15. de Restitut. spoliator. L. 8. tit. 14. p. 3.* vel per præsumptiones vehementes, vel per juramentum à parte delatum. *L. 8. tit. 14. p. 3.* licet aliqui scrupulosè loquantur de confessione rei, & de facti evidentia, seu Judicis inspectione. Sed cum tales probationum species in Lege Regia admittantur, nobis sufficit, ut eas à Doctorem impugnationibus defendamus.

138 Probatio non plena aliquando *semiplena*, aliquando *major*, aliquando *minor* semiplena est: & ideò à semiplena, ut aliarum mensura incipiendum est. *Semiplena* igitur probatio est, quæ aliquam, non tamen plenam fidem Judici facit, ita ut non sufficiat ad sententiam ferendam. Efficitur talis probatio per depositionem unius testis omni exceptione majoris, vel per depositionem plurium singularium, vel etiam duorum concordantium, sed non omni exceptione majorum, vel per scripturam privatam, vel per juramentum suppletorium, vel per præsumptionem verisimilem, vel per famam, vel per comparisonem litterarum, vel per alia hujusmodi. Hinc inferatur, quod probatio *major* semiplena est illa, quæ majorem habet firmitatem, quam semiplena, ut depositio personæ valde excellentis, quando ejus testimonium solum invenitur, & è contra probatio *minor* semiplena est, quæ minore firmitate, quam semiplena habet: ut aliqua levis præsumptio.

139 Si ergo probatio major semiplena aliquo admniculo juvetur: v. gr. si depositioni personæ valde excellentis, & veracis accedat depositio alterius, fidei non adeo integræ, ut possit dici omni exceptione major, facit probationem plenam, ita ut quod unius testi deest, suppleatur per id, quod alteri superest, & ex dicto utriusque una plena probatio constituitur: quinimo aliquando probatio plusquam semiplena sufficit ad sententiam ferendam in civilibus non arduis, nec magni præjudicii. Semiplena probatio, si alia semiplena juvetur, probationem facit plenam, si utraque ad eundem finem tendat, etiam si diverſi generis sint. Sicque fidem plenam faciunt in civilibus levioribus præsumptiones cum fama publica, vel unus testis cum juramento suppletorio.

c. 13. b. t. c. 27. de Testib. secus est in civilibus valde arduis, in matrimonialibus, & in criminalibus, in quibus ob maximum præjudicium, quod potest resultare, clariiores probationes desiderantur. *L. fin. C. b. t.* Deinde, semiplena probatio dat locum juramento suppletorio. *c. 2. b. t. & aliquando ab onere probandi liberat: imò aliquando sufficit ad sententiam ferendam, ut si impedimentum matrimonium irritans ab uno teste declaratur ante contractum matrimonium: Nam tunc sufficit illa declaratio ad matrimonium impediendum. c. 12. de Sponsal. & in alijs similibus casibus, ubi favor animarum, & ratio vitandi peccatum versatur. Probatio minor, quam semiplena interdum sufficit ad apprehensionem suspecti, vel ut illi indicatur juramentum purgationis. *c. 5. t. 8. de Purgat. Canonice.* & alijs admniculis adjuncta aliquando plenam, aliquando semiplenam, aliquando plusquam semiplenam probationem pro diversitate circumstantiarum, faciet; arg. *L. 4. C. b. t.* Semper tamen debet attendi, quod non fiat, nec admittatur in judicio probatio rei, quæ ad negotium principale judicii non spectet. *L. 22. C. b. t. L. 7. tit. 14. p. 3.* Et quidem probatio debet esse clara, & certa, ita ut instructus Juxta de litigantium intentione certam, juxta ipsam probationem, seu secundum allegata, & probata, ut communiter dicitur, possit ferre sententiam. *c. 8. b. t.* probatio etenim Judici fieri debet, siquidem hic debet de causa judicare, non tamen parti: huic enim frustra fieret: nam semper eam negaret. *L. 12. ff. b. t. Et ibid. Glof. V. Judici. L. 7. tit. 14. p. 3.* nec vellet intelligere, etiam tem evidentem, ut bene ageret. Probatio regularitèr fit post litem contestatam. *c. 1. & per tot. Ut lite non contest.* estque facienda juxta formam libelli, & citata parte adversa ad ejus receptionem: nec admittitur probatio post publicatas attestaciones, seu testimonia, & conclusionem in causa: quia tunc jam censetur probationibus renuntiatum. *c. 6. b. t.* debetque concludi intra terminum à jure præscriptum. Et à Judice debent probationes excipi scripto, medio Notario, seu Tabellione, vel coram ipso Judice, & duobus adjunctis, qui locum Notarii, seu Tabellionis subeunt, ejusque vices supplent, fiet probatio, & testium depositio. Et sic practicitur in his Insulis: nam Prætores Indorum, *Hispanè: Alcaldes Mayores*, cum duobus adjunctis formant processum, cæteraque judicialia faciunt.*